

Dñica xvi. post trinita.

mortuum. quoniam requieuit. videlicet a laboribus et miseris huius mundi. Juxta illud Apo. xliij. Amodo iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Et dominus dicit hic. Noli flere scilicet imoderate et excessiue tuos defunctos. Tertio sunt qui lugent mortem amicorum sagaciter et charitatiue ex pia deuotione. Nihil enim tristari in recessu amici ingratitude signum est nimis vero tristari desperationem arguit. Sunt autem tres cause quare cum ratione et dolore possumus morientibus bonis viris flere. Primo quia pauci boni viri sunt in ecclesia militanti. Et sic beatus Aug. ut legitur quod quoties de morte aliquis boni sacerdotis audiuit. fleuit. non quod sibi de statu suo timuit. sed quia paucos tales in ecclesia reliquit. Ita etiam legitur de sancto Ambrosio. ut cum alicuius sancti sacerdotis vel episcopi obitus sibi nuntiaretur sic amarissime flebat. ut sic vix consolari valeret. Tum autem interrogaretur cur viros sanctos sic fletet. aiebat. Ne putes me flere quia recessit. Sed quia me precessit. et quia difficile inuenitur qui tali officio dignus habeatur. Secundo quia aliqua forsitan purganda deferunt que in presenti non compleuerunt. Tertio ex consideratione miserie naturalis. quia oportet nos propter peccatum primi parentis putrefieri et incinerari. Et sic sanctus Tobias mortuos sepeliebat et lugebat eos Tobie. ij. Et. xliij. q. ij. dicit Chrysostomus. Pietati affectu humilitatisque intuitu mortuos lugere non prohibemur. sicut nonnullos sanctorum aliorum obsequijs pijs lachrymas impendisse legimus. Ideo et ceteris. vij. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum conuiuij. In illa enim admonetur finis omnium morientium.

De eadem dñica. Sermo. liij.

Adolescens tibi dico surge. Luc. vbi supra. Dicunt naturales et bruti Gregori. sup. Job. Hec vna aquile proprietas est. Quando pulli ei recenter nati ad capiendum grossiorem cibum sunt inualidi. tunc ipsa sanguinem et liquorem humidum prede in os suum attrahit. et attractum sibi cibum in ore pullozou fouet. et ita reficit eos cibo leuiori quousque conualescant ad sumendum cibum fortiozem. Et dicit Aristoteles. quando iam aliqui qualiter sunt adulti compellit eos exire de nidulo ad cibum querendum. Moraliter per aquilam intellige quemlibet fidelem videlicet patrem et matrem qui ad similitudinem aquile debet sol

licitari circa filios suos ut post cibum corporalem etiam spirituali cibo videlicet virtutibus debite nutrant. Et inter alias virtutes docet Egidius romanus in de regi. prin. pte. ij. li. ij. ca. v. quod ab infantia in fide instruant ut ea assuescant. Et hoc ideo finem eum debet fieri. quia fides est superlatio ratione ut ea que sunt fidei ratione comprehendere non possunt. Utile ergo est ut etate proponant ea que sunt fidei. in qua ratio dictorum non credit sed simpliciter dictis acquiescit. Omnis autem est etas infantie. Infantes enim cum eis a patre vel a matre proponunt monitiones non querunt rationem dictorum. quia vsum rationis non habent. Simpliciter dictis acquiescunt. Et subdit post pauca. quod talibus pueris non debent proponi subtilis articuli fidei. sed quedam grossa proponant eis in summa dicendo. Unus est deus omnipotens pater et filius et spiritus sanctus. Et quod dei filius assumpsit carnem in Maria virgine. et quod propter peccata nostra fuit passus. mortuus et sepultus. et quod descendit ad inferos et eduxit ibi captiuas animas existentes. et tertia die resurrexit a mortuis. et ascendit in celum. sedet ad dexteram patris. et sic de alijs articulis fidei. hec ille. Denique quod postquam venerint ad annos discretionis debent cibare eos solidioribus videlicet alijs virtutibus. Quod dicit Aristoteles. vij. pollus. Pessimum est nos instruere filios ad virtutes et obseruantiam legum utilium. Et dicit Holcot super li. Sap. lectio. liij. quod quoniam respublica et communitate quacunque summa materia debet esse de iuuentute ut in bonis moribus instruantur. Et si nolunt acquiescere quod etiam ad hoc verberibus inducantur. quod docet sapiens sub methaphora. Ecce. iij. Equus indomitus euadat durus. et filius remissus vadit ad preceps. Et infra. Ne des illi potestatem in iuuentute. et ne despicias cogitatus illius curua cervicem eius in iuuentute. et tunde latera eius dum infans est. Et vult dicere quod sicut indomitus equus in iuuentute dure vadit. et ita labitur in precipitium in via torta sicut in via recta. Ita iuuenis dimissus voluntati sue nunquam suam reportabit alios in quacunque societate. sed leuiter ruet in vitia sicut equus indomitus in precipitia. Equus antiquus non admittit sellam. nec calcar. nec frenum nisi ad talia sit assuefactus in iuuentute. Ita nec adolescens admittit aliquam obedientiam. nisi fuerit assuefactus in iuuentute. Ideo dicit Aristoteles. j. eth. ca. xliij. Iuuenibus finem se opera virtuosae non sunt delectabilia. Ideo oportet ut vtantur legibus coactiuis. Et ideo ut ibidem concludit necessarium est fieri quasdam leges pro iuuenibus quibus compellantur ad mores quod cum pleni sunt passionibus voluptatum non possunt de

lectari in virtutibus nisi fin bonas leges infor-
ment. vbi aut tales leges p eis nō habentur de
bent duris. **Q**uis a vitijs compesci ad virtutes et
ad mores. et dicat ad quē spectat correctio. **A**do-
lescens tibi dico surge. scz a via tua mala. et as-
suesce virtutibus. **I**n quo verbo tria tangūtur.
Primo humane lubricitas conditionis. ibi ado-
lescens. **S**ecundo diuine vtilitas predicationis
ibi. tibi dico. **T**ertio interne vtilitas correctio-
nis. ibi. Surge. **P**rimo ergo tangitur humane
lubricitas conditionis cū dicit adolescēs. quia
omnis adolescens ad lubrica est inclinatus. **I**n-
juxta illud **S**en. viij. Sensus et cogitatio generis
humani in maluz prona sunt ab adolescētia sua.
Et super illud **Eccs. xij.** Adolescētia et volu-
ptas vana sunt. **D**icit **Ambrosius** libro de inter-
pellatione **Job. ca. vij.** In principio adolescen-
tia magis ad vitia lubrica esse consuevit. **H**abet
enim puericia innocentiam. senectus prudentiā.
Adolescētia sola inualida est viribus infirma.
consilio vitio calens. fastidiosa monitoribus. il-
lecebrosa delitijs. **Q**uibus autem adolescentēs
vitijs magis sint proni ponit **Aristoteles. ij. re-**
thorice dicens. q concupiscitui sint et faciliter
concupitus prosequentes. **E**t sicut reuera vehe-
menter quidam concupiscunt. ita faciliter a cō-
cupiscentijs desistunt. **S**unt etiam acute volu-
ptatis et non magne. **S**unt animosi et acute ire
faciliter iram suam prosequuntur. **A**mant enim
honorem et non sustinent despici. **F**aciliter au-
tem ab ira desistunt. **A**mant etiam victorias. qz
iuuentus excellentiam concupiscit. minus autē
his amat pecunias. quia experti quantum ad in-
digētiā hominum. **S**unt etiam magne spei et
presumptuosi. **E**t illius ponit **Aristo.** vbi supra
tres rationes. **P**rima ratio aut conditio est ob-
iectum spei. **O**bjectum autem spei est bonum ar-
duum et impossibile. **Q**uia enī iuuenes multum
putant se habere de futuro et parum de preteri-
to. **M**emoriam autem est preterita. **S**pes autem
futura. **I**deo multū habent de spe et passibili et
parum de re et de actu. vnde sicut materia pma
dicitur esse in potentia ad formas. et quanto ma-
gis actuat tanto magis perdit de passibilitate.
Ita puer dum est iuuenis est in potentia ad om-
nem statum. **P**otest esse sacerdos. pōt esse ep̄s
et esse pōt papa. **S**ed cum creuerit ad modicum
vix sufficit portare aquam benedictaz per eccle-
siam et parare mensam dominoz. **S**cda cau-
sa qre iuuenes sunt p̄sumptuosi ē caliditas natu-
re. **H**abent enim caloris et spiritū abundantiā
et cor in eis ampliatur. **E**x amplificatione autez
cordis homo tendit ad ardua. **I**n illud p̄s.
Viam mandatorum tuorum cucurri cum dilata

sti cor meū. **T**ertia causa ē expientia. **I**lli enim
qui nondum passi sunt difficultates et resistenti-
as in factis suis audaces sunt ad temptandum
omnia. **I**lli ergo qui iam frequenter sustinuerūt
repulsam laborauerunt frustra in conatibz non
de facili temptant ea que non sunt experti. **P**ec-
quidem est causa quare iuuenes non debent fie-
ri duces bellorum. sicut dicitur secūdo topico-
rum. **N**emo enī iuuenes eligit in duces eo q nō
psueuerūt esse prudentes. **Q**uantum ad secun-
dum tangitur vtilitas diuine predicationis. cu-
z dicitur. **T**ibi dico surge. **I**nter enim omnes eta-
tes magis vtilis est predicatione adolescentibus
quia quicquid illa etas capit et in quo imbuitur
persistit. **I**n illud metriste. **Q**uod noua testa
capit inueterata sapit. **I**deo predicandum ē eis
vt insistant moralitati et assuescant sobrietati.
ne torpeant ociositatem. et fugiant a mala soci-
etate. **P**rimo ergo predicandum est eis vt insi-
stant moralitati et non vitijs. quia si insistent vitijs
in iuuentute incurabiles sunt in senectute.
Hypocras enim ponit talem amphorismum in
secunda particula. **E**pilentie quibus ante iuuen-
tutem nascuntur mutationem habent. dum enīz
viginti quinqz fuerint annorum. plurimum com-
moriuntur. **I**sto modo est de peccatis et de mo-
ribus. quia licet in iuuentute eueniant. **I**n illud
p̄s. **S**epe expugnauerūt me a iuuentute mea
Sed si in senectute vt plurimum cū homine mo-
riuntur. **I**deo est iuuentus in moribus informā-
da. **I**stud enim fecerunt senes antiqui gentiles
tripliciter videlicet scripturis librorum. pictu-
ris gestorum et figuris signorum. **P**rimo quidē
scripturis librorum. **E**xplorauerunt enim genti-
les antiqui vbi meliores fuerunt magistri et illis
filios tam litteris q moribus imbuedos dede-
runt. **N**arrat **Agellius** in libro architaruz q eo
tempore quo **Alexāder** natus est pater ei⁹ **Phi-**
lippos rex macedonum valde letatus est. **E**t
amicabilem epistolam scripsit **Aristoteli** salutē
filium meum mihi genitū de quo gaudeo et dijs
grates refero non solum q natus est. sed pro eo
q nasci cōtigat temporibus vite tue. **S**pero enī
q per te eruditus excellentia regia erit dignus
Ita legitur q **Traianum** **Plutarcum.** **V**arro-
nem. **S**enecā magistros habuerūt. **E**t ne a tali-
bus magistris aliquid dissolutionis vel lubrici-
leuitatis addiscerent. summe cauebant. vt di-
cit **Boetius** in prologo musice secundo. **P**ocu-
erunt eos picturis gestorum. **D**icit enim **Egidi-**
us in de regimine principum. parte. ij. lib. ij. ca-
pitulo. vj. q iuuenes prohibendi sunt ne turpia
contemplantur. **N**ā recte sicut nō decet eos tur-
pia loq. sic nec turpia videre. **E**t rationē ponit

Dñica xvi. post trinita.

plus. vij. ethicozū dicens. **O**mnia prima amamus magis propter quod licet ipsis extranea videre. quia que prima inspiciuntur cum maiori admiratione conspiciuntur et ergo magis ea memorie retinent. et magis circa ea sunt attentimenti commendādo. unde et plus docet ut nō solum prohibeantur iuvenes ad videndum turpia in re. sed etiam in picturis vel in imaginib⁹. ut si mulieres essent pictę vel sculpte turpiter. et nude non essent iuuenibus ostendende. **N**az illa etas ut dictum est de se prouocatur ad lasciuia. ideo non oportet ipsam per visionem turpiū ad vltiorem prouocare. **I**deo narrat expositor. q̄dam super **I**uuenalez libro. vij. q̄ nobiles romani sic disposuerunt actus suos per singulos dies q̄ summo mane omnes simul adibant actus triumphales in quibus antecessores sui pingebantur cum armis et cautelis quibus deuicerāt hostes suos. ut sic iuvenes adolescentes visis illis accederent ad virtutes per imaginationem gestorum. **D**einde templum **A**pollinis petebant quod tunc erat domus sapientie. postea iudices ad forum. senatores ad capitoliū descendebāt iudices ut causas tractarent. **S**enatores ut de communi utilitate reipublice deliberarent. et sic tempus vsq; ad horam nonam expenderūt. **E**t ne adolescentes a bonis occupationibus impedirentur per totum tempus ante horam nonam ordinatum erat q̄ meretrices nullo modo egredirentur ante nonam. ne adolescentes aut iuvenes a suis informationibus et viri a consilijs rei publice per dilectiones libidinosas aliquantulum traherentur. **E**t hec est ratio fm **B**uguitationem quare meretrices apud romanos nonarie dicebantur. quia ad horam nonam licuit eis egredi a suis domibus. non ante. **H**ec etiam posui supra sermone. **L. V.** **T**ertio docebant adolescentes et iuvenes bonos mores figuris signoz. **N**arrat **M**acrobios libro. j. saturnaliū. q̄ apud romanos pueri nobiliū quadam utebantur veste que dicitur pretexta. et inde pueri nobilium vocabantur pretextati. **E**t habebant coram pectore suo bullam quandam auream habentem figuram corporis humani. **B**ulla aut fuit semitunde figure quasi medietas sperere ad similitudinem bullarū que fiūt in aqua. pretexta aut erat de purpura que est rubei coloris. ut pudore sue nobilitatis a vitijs se sōtraherēt. et cordis imaginem ante pectus portabant ut se inuicem intuentes se homines cogitarent. hec **M**acrobios. **S**ic igitur iuuentus in moribus est informanda **J**uxta illud **Eccl. xij.** **M**emento creatoris tui in diebus iuuentutis tue. **S**ecundo predicandū est adolescentibus et iuuenibus ut assuecant sobrietati. et prefertim debent esse moderati a vi-

no et sobrijs. **Q**uia dicit **E**gidius ubi supra. **T**ur bato cerebro ex nimia sumptioe vini amisso vsu rōnis de facili proumpit in vba inordinata. ex q̄b⁹ cōsurgunt dissensiones et lites. quia ira confurget ex inflammatione sanguinis. ppter quod vinum sui caliditate inflamat sanguinem. redit hominem animosum et irascibilem. quo facto facilius prouocatur ad dissensiones et ad lites. **I**uvenes ergo quia sunt amatores contumeliarum. ut vult plus. ij. rethorice. a nimia sumptione vini sunt prohibendi. **I**deo dicit apostolus **j. Timoth. ij.** **I**uvenes similiter hortare ut sint sobrijs. **U**nde narrat **A**ug⁹ de quadam bona matrona libro. ix. confes. c. viij. que curam filiarū quorundam nobilium habebat. **E**t atq; in eis coercendis cuius opus esset tanta seuitate uehemens atq; in docendis sobria. **N**am eas preter illas horas quibus ad mensam parentum moderatissime alebant. **S**i exardescerent siti aquā bibere sinebat. precauens consuetudinem prauam et malā. addens verbum saluum. **M**odo aquā bibatis. quia in potestate vinum non habetis. cum ad maritos veniatis facite dñe apotearum et cellariorum aqua sorbebitis. sed mos potandi pmanebit. **T**ertio pdicandū est eis ne torpeant vitio ociositatis. **N**ā scribit **P**lin⁹ in speculo natu. **B**eda et **A**mb. in exame. q̄ accipiter pullos suos cū fuerint apti ad volādū extra nidū proijcit et vberat eos alis. cauens ne de tenera etate pinguescant et marcescant ocio et solutur delitijs. **S**ic moraliter conuenit amico circa iuvenes ordinari ut extra nidum proprie voluntatis eiciantur. de erroribus astringantur et castigentur ad capiendum predam suam statim assuecant. **S**ed clerici debent esse preda eorum. hoc ē intelligentia scripturarū. ideo cōpelendi sunt ad libros. **S**ed si milites preda eorū est strenuitas et victoria pugnatum. ideo exercentur in bellis. **S**i mercatores preda eorum est lucrum. et ideo exercentur in nundinis. sic omnino q̄ nullus existat ociosus. ut quilibet dicere possit cum ps. **P**auper sum ego et in laboribus a iuuentute mea. **E**t sic debent in virtuosis semper proficere. sicut dicitur in libro de naturarum rerum. **P**ullus asini tanto turpior quanto senior. **E**t de capris dicit **A**ristotiles. ij. animalium. q̄ fetus qui primo nascitur est fortior et melior. **E**t fetus qui postea generantur sunt peiores. **T**ales etiam mores inueniuntur inter iuvenes. q̄ in principio sunt deuoti virtuosī et boni. **S**ed quanto magis adolefcunt tanto magis vitijs se immiscunt. et fiunt turpiores. ut dicit **Robertus** **Volcot** lectione. cxi. **Q**uarto predicandū est iuuenibus ut fugiant a mala societate. **S**icut enī pueri inficiunt a lepra corporali ita

facilime inficiuntur familiaritatibus viciosis. et precipue cum mulieribus quarum blandicie etiam fortes emolliunt et eneruant. **Proverb. vij.** dicit **Salomon.** De fenestra domus mee prospexi iuuenē qui transiit per plateas iuxta angulū. Et ecce mulier in habitu meretricio occurrit ei et dixit. Veni fruamur cubitis amplexibus. Et secutus est eā sicut bos qui ducitur ad victimā. Ideo dicit **Egidius** ubi supra. ca. xij. q. parētes debent instruere filios ut se prohibeant a societate malorum. quia iuuenilis etas maxime ē propterea ad malum et infecutionem passionum. Nam de facili quis inducitur ad aliquod ad quod est pronus. ergo a societate mala quē eos ad praua inducit debent abstinere. Quantum ad tertium tangitur interne agilitas correctionis cū dicit. **Surge.** Ubi nota. In adolescentibus sanguis recens est. propter quod fortiter agunt. quicquid agunt. Et si deum diligunt fortiter diligunt. iuxta illud **1. Cor. j.** Adolescentule dilexerunt te. Et addit ecclesia. Sunt enim nimis feruentissimi. et ideo ardor charitatis eis suadet ut ad magna magnanimiter surgant. Unde surgere debent principaliter ad tria. videlicet ad obedientie promptitudinem. conscientie rectitudinem. et continentie sollicitudinem. Primo ergo surgere debent ad obedientie promptitudinem. quia iuuenis sine obedientia abusus est sicut **Aug.** Ideo dicit **Aristo. iij. eth.** Amicitia inter senes et iuuenes vtriusque est necessaria. Senibus ut eis quiddam a iuuenibus seruiatur. et iuuenibus ut impeccabiles fiant. et ut a senibus a peccati occasione praeseruentur. Timore enim seniorum et reuerentia solent se iuuenes a suis molestiis refrenare. **Job. xix.** Videbant iuuenes me et abscondebantur. De ista quidem obedientia iuuenum ad senes dicit **Valerius** libro. ij. q. apud antiquos senectuti iuuenes ita generaliter circumscriptum honorem reddebant tanquam seniores communes patres essent omnium iuniorum. Sic enim iuuenes facere consueverunt. si hec consuetudo aboleta est. Quia **1. Thim. iij.** Tumultuabitur puer contra senem et ignobilis contra nobilem. Secundo debent surgere ad conscientie rectitudinem. videlicet discant sua peccata eorum circumstantiis diligenter discussis euidenter et integraliter exprimere. Quia si fuerit conscientia larga in iuuentute amplius sine mensura in senectute. Ideo dicit sapiens **Eccl. vj.** Fili mi a iuuentute accipe doctrinam et usque ad canos inuenies sapientiam. et quē in iuuentute non congregasti quomodo inuenies ea in senectute? quasi diceret. nullo modo. Et ideo dolorem hominis merito plangentis presumpti

onem sue iuuentutis in ociositate et insolentia describit **Salomon** **Proverb. ij.** Cur detestatur super disciplina et increpationibus non acquieuit cor meum nec audiui vocem docentium me. et magistris non inclinaui aurem meam. Et merito potest plangere talis. quia metricē dicitur. Damna fleo rerum plus fleo damna dierum. Res poterit rebus succurrere nulla diebus. Ideo refert **Amandus** in hora **Sap. lib. ij. c. ij.** de quodam iuuenem morituro qui defleuit perditionem dierum suorum dicens. O mi deus quare neglexi quare tardasti. quamobrem dissimulaui. cur tot gratiosos dies longissimos in vanissimis locutionibus expēdi et quare non tota vita mea didici mori. Et subdit alios adolescentes exhortando dies ne suos inaniter transeant et expendant dicens. Eya vos omnes qui adestis. qui meam miseriam videtis. qui flore iuuentutis adhuc gaudetis. et quod adhuc tempus aptum habetis me respicite. meas quoque miseras considerate. et in meo periculo damnum vestrum declinate. Quia sicut **Cathone** felix est quem aliena pericula cautum faciunt. Et ideo florem iuuentutis vestre cum deo expendite. custodientes fortitudinem et rationem ad deum. tempus sacris actionibus occupate ne similia facientes similia patiemini. Et subdit exclamatione. Deu inquit grata iuuentus. qualiter te perdidisti. O deus eterne tibi conquero miseriam quam patior. Verba increpationis lasciuens iuuentus odiuit. docentibus enim acquiescere noluit. pie monentibus aurem inclinare neglexi. Detestatus sum disciplinam. et increpationibus non acquieuit cor meum. Ach mi deus in foueam profundam cecidi. laqueos mortis incurri. melius enim mihi erat si natus non fuisset. vel in utero matris perissem quam ut tempus mihi ad penitentiam concessum tam inutiliter expendi. ipso in super sum abusus. Tertio iuuenes debet surgere ad continentie sollicitudinem propter carnis sue impugnatioes. **ps.** Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea. videlicet voluntates carnales. Ita surrexit ad sollicitudinem continentie **Joseph** adolescens. **Gen. xxxix.** q. fratres eius decem venderunt eum **Imahelit** mercatoribus. et hi duxerunt eum in egyptum. et vendiderunt eum **Phutifari** eunuchum principi militie regis **Pharaonis.** Ite enim vidēs **Joseph** ingeniosum et gratiosum in agendis constituit eum dispensatorem totius domus sue. vxor vero **Phutifaris** et domina **Joseph** in fatuata de ipsius pulchritudine sollicitauit eum de cubitu. quod se excusauit. tū quod perditio fuisset contra dominum suum. tū quod petri fuisset in deum suum. Igitur cum quadam die **Joseph** thalamum domine sue

Dñica xviij. post trinita.

intrasset. ipsa apprehenso eius pallio suo. Por-
mi meū. Qui nequaquam acquiescēs operi nepha-
rio fugit relicto pallio apud eam. Hec videns se
contemptam conquesta est viro suo. accusans
Joseph de ausu impudico. et quod eam violenter vo-
luit oppressisse. In cuius argumentum ostendit
ei pallium derelictum. Obutifar nimis credul⁹
verbis vxoris misit eū in carcerem. Ecce quod sur-
rexit ad sollicitudinem continentie. et potius vo-
luit carcerem sustinere. quam mulieri nequam con-
sentire.

Dñica. xvij. post trinitatis. Sermo primus.

Dñm intraret

Iesus in domum cuiusdam pharise-
orum sabbato māducare panē. et ip-
si obseruabāt eū. **Luc. xiiij.** Sol naturalis diri-
git radios suos indifferent sup fetida vt cada-
uera et etiā sup pulchra vt aurū et argentum nec
tñ ex fetidis maculatur. nec ex pulchris pulchri-
or efficitur. licet splendens in aurum radios di-
spargat clariores. iuxta illd. **j. Dachab. vi.** Re-
fulsit sol in clipeos aureos et resplenduerūt mō-
tes ab eis. Spūaliter per solem intellige christū
propter duo. videlicet ratione sue incarnationis
et ratione sanguinis effusionis. Primo quidem
ratione felicissime incarnationis. Sicut enī sol
sine lesione oculorum respici non solet sed si nu-
be tegatur que non est nimis grossa delectabili-
ter iam videt. Iuxta illud **Eccl. xij.** Dulce lumē
et delectabile est videre oculis solem. ita dei fili⁹
in sue nature puritate. videlicet deitate ab ocu-
lis mortalibus non potuit videri. Quia Johan-
nis. **j.** deum nemo vidit vnquam. Et magister libro
ij. dist. viij. ca. ij. Deus in specie sue essentie nun-
quam mortalibus apparuit scilicet visibilis. Ideo
volens se hominibus visibilem exhibere nubem
humanitatis nostre de virgine sumptā se inuol-
uit cooperante spiritu sancto. Et sic per prophe-
tam fuerat dictum **Ezech. xxxj.** Solem nube te-
gam. Secundo ratione sanguinis effusionis quā
enī ita est quod sol rubet de mane in ortu suo signū
est tempestatis sequentis. Et quando rubet i oc-
casu signū est serenitatis. Iuxta illud **Matth.**
xvj. Facto vespere dicitis. serenum erit. rubicū-
dum est enim celum. Et mane facto. Hodie tem-
pestas erit. rutilat enī et triste est celum. Sic cir-
ca christum accidit. Nam post ortum sue natiui-
tatis statim rubor apparuit quando die octaua
circumcisus fuit. et sanguineus roseū effudit **Luc.**
ij. Et istum ruborem tempestas valida sequeba-
tur per diem vite sue. nunc in verbis contumeli-
osis. nunc in inimicijs et c. Et hoc predixit p̄s.

In circūitu eius tempestas valida. In occasu
etiam istius solis apparuit rubedo magna quā-
do totum corpus effluxit sanguine flagellatum
clauatum. lanceatum et spinis coronatum. Sed
iste rubor fuit signum future serenitatis in resur-
rectione et tranquillitatis perpetue. iuxta illud
Lob. iij. Post tempestatem tranquillam facis.
et post lachrymationem et fletum exultationē in-
fundis. Ecce habes quod christ⁹ soli compa-
ret. Iste quidez sol spiritualis licet ex sua pietate radios
sue conuersionis direxit ad peccatores vt eo
lucraretur. non tamen per istos maculam p̄tra-
xit. nec cōuersionē habens cū bonis videlicet
discipulis melior est effectus. Sic et in p̄nti euā-
gelio legit quod manducauit cum peccatoribus et
phariseis in quo tria principaliter tangit euā-
gelista. **s. Sobriā christi manducationē. ibi. mā-**
ducare panem. Piam hydropici sanationē. ibi.
ipse apphendit et sana. Impiā phariseorū obser-
uationē. ibi. et ipsi obseruabāt. Primo ergo tan-
git christi sobriā manducationē cū dicit. Lū itra-
ret iesus in domū. et c. Ubi nota. clibanarius vo-
lens furnū purgare scobā ponit pri⁹ i lutū. dein
de ponit ipsaz ad madefactionē in furnum ne in
cendio concremetur. Sic facit moraliter diabo-
lus. ponit enim humanū corpus in lutum crapu-
le aut gule vt facilius ponat illud in fornacēz li-
bidinis. vt sic incendat. non incendit que in sta-
tu abstinentie et sobrietatis viuūt sed abhorret
figura enim habetur Gen. xix. q. Loth existēs
in Sodomit perpendit sodomitarū incendia et
fugit. Sed vino crapulatus et inebriatus i mon-
te cum proprijs filiabus commisit incestum. nā
vt ibidem habetur maior filia dixit ad minores.
Pater noster senex est. quasi diceret. Aito defi-
ciet et virtus generandi. et nullus virore re-
manet in terra qui possit ingredi ad nos. Cre-
debant enim vt dicit Nicolaus de lira. quod sicut
per diluuium omnes perierunt. ita et incendio.
Ideo habuerunt piā intentionem. videlicet
conseruationem generis humani. licet malo me-
dio vellent ad hanc venire scilicet per incestūz
cum patre quod est detestabile. Veni inquit ma-
ior. Inebriemus cum vino. Glosa. quod nobis-
cum portamus. Et dicunt aliqui quod filie Loth
in isto vino misuerunt aliquid siue aliqua q̄ ha-
buerunt virtutem inebriandi et prouocandi ad
coitum ignorante patre. Et sic dormierunt cu-
to. Spūaliter autem sic fit quod homo inter ere-
bras demonum temptationes non potest incen-
dis libidinis maculari si saltem sobrietatis
clipeco se defendat. et tamen inebriatus vel ali-
as depastus bene in luxuriā cadit. Sicut pa-
ter de quodam heremita de quo scribitur in Vi-
taspatrium quem diabol⁹ grauitur impugnauit.